

Prag,

1852.

# LOTOS.

(ausserordentl. Beilage zum Septemberhefte).

---

## Synopsis Palmarum fossilium.

Auctore

Prof. A. Massalongo.

Debitores sumus investigationibus et elucubrationibus celeberrimorum Sternbergii et A. Brongniartii de iis omnibus, quae certissime cognoscuntur quoad existentiam Palmarum fossilium in geologicis mundi stratificationibus. — Verum quidem ante ipsos clm. F. De Burtin in sua „Oryctographie de Bruxelles“ (1784) primum sermonem habuisse de quibusdam fructibus, qui Cocco adsimilantur, quique reperiuntur in stratis lignitum apud Bruxellas (Wolouve); fatendum quoque est Schlotheim ipsum ante Sternbergium existentiam cognovisse fructuum, iis similium, quos ferunt Palmae Arecae neac Martii, qui vere analogi sunt generi Areca Linnei, attamen nec Burtinius nec Schlotheimus penitus eorum naturam perspexerunt, nec iis constituerunt locum, quem habuisse aequum erat. — Hinc non fallimur, si Sternbergio et Brongniartio tribuerimus primum illud decus, quod eos probe noverint et ordiuate locaverint.

Ipsismet debemus genera Flabellaria, Zeugophyllites, Phoenixites, Palmacites, Fasciculites, Endogenites etc. quibus deinceps Unger Zenker, Eudlicher alia addiderunt scilicet Palcospatha, Baccites etc.,

Nos ipsi hic primum proponimus novum Palmarum genus, Castellinia, ex quibusdam magnis fructibus depromptum, detectis hoc ineunte saeculo in calcari cochenico N. Bubulcae (vulgo Bolca) a clo. Castellino, qui que nunc in Museo Patavino servantur; hi fructus quuni nihil commune habeant cum Burtiniis et Pandanocarpis Brong. (Nipadites Bowerb.) clare ex meis lucubrationibus demonstrant, jam spectasse ad genus quoddam Palmarum aut Pandanearum extinctum, Coccis Linnei aut Elephantusiae Wildenovii (Phytelephas R. et P.) proximum, magis tamen illis quam isti, ut ostendam in novo meo opere mox edendo, cui titulus Monographia Palmarum fossilium cum tab. —

Nunc ut perficiamns haec brevia historica indicia de Palmis fossilibus hactenus descriptis, addendum, usque adhuc fuisse dumtaxat detectas 56 species quae ad 9 genera pertinent, quibus superaddentes septem illas novas, quas nunc primum describimus (1 Phoenicites, 2 Flabellaria, 4 Castellinia), numerus Palmarum fossilium ad sexaginta tres extollitur, in decem genera distributus, quarum una et quadraginta spectant ad formationes tertiarias, viginti duea ad formationes secundarias.

Si autem in examen redegerimus distributionem geographicam harum plantarum, eam comparantes cum illa, quae actualiter existit in mundo, probe novemus Americam et Indias Palmis nunc tam divites, nihil fere in antiquis geologicis periodis fuisse, dum Europa, quae in praesentiarum indigenis palmis caret, elapsis saeculis abundavit.

Bohemia in primis ac Tirolus eae regiones sunt, quae palmis fossilibus prae aliis ditantur; huc accedunt Croatia ac Styria, quando Anglia, Gallia, Belgium et gelida Russia nil aliud possident, quam paucas numero species.

Itala tellus antequam nos hisce studiis laborem et operam daremus, unam tantummodo speciem (Fasciculites Sardus Ung.) exhibebat harum admirabilium plantarum, nunc autem se ditatam videt 9 speciebus, ita ut jure (ut mihi videtur) comparari possit cum Bohemia et Tirolo.

Quod si numerum Palmarum fossilium respicere velimus, et earum progradientem evolutionem in diversis geologicis aetatibus, videbimus eas habere paucas species, quae prae se ferant hanc familiam in periodo carbonifera, palmasque flabellifrondes priores esse, quae apparent tum in praedicta, cum in subsequentibus aetatibus; dum contra palmae pinnatifrondes apparuere tantummodo (paucis tamen speciebus) aetate nobis proximiori, scilicet in periodis tertiaris.

Nullam autem invenimus comparationem extraordinariae palmarum copiae, quae nostra tempestate mundum exornant, cum antiquis periodis geologicis, in iis enim si decem solummodo genera, in illa plus quam sexaginta dignoscuntur.—Haec, quae breviter diximus, sufficient, ut aliquam ideam mente concipiamus de geographicā distributione palmarum, tam in actuali, quam in veteri mundo, deque earum progressiva evolutione, quae nostra aetate ad maximum culmen pervenit. — Ex descriptione et enumeratione omnium fossilium palmarum, quam nunc oculis objicieimus, clarius patebit, quod supra disputavimus.

Datum Veronae Kalendis Augusti

A. 1852.

## Ordo Palmae

### I. Flabellaria Sternb.

Frondes petiolatae, flabellifidae, lobis linearibus basi plicatis.

Sternb. Vers. I. 2. pag. 27 — Brong. Prodr. pag. 110 — Endl. Gen. plant. pag. 257.  
Ung. Gen et Sp. pl. fos. p. 329.

#### 1. Flabellaria Latania Rossm.

Beit. zur Verstein. Hef. 1. pag. 39. tab. 11 fig 49 — Sternb. Vers. II. pag. 195.  
tab. 40. fig. 2. — Ung. Gen. et sp. pag. 329.

F. Foliis flabelliformibus, lobis sub 22 plicato-carinatis, basi ultra di-  
midium unitis, rhachide exacte elongato-conica, basi latiuscula, plana.

In arenaceo lignitum (Braunkohlen sandstein) ad Altsattel Bo-  
hemiac.

#### 2. Flabellaria raphifolia Sternb.

Vers. I. 2. pag. 32. I. 4. p. 44 t. 21 — Ung. Gen. et Spec. plant. fossil. pag. 329.  
330. Massal. Conspec. Fl. tert. pag. 14

F. petiolo pollicari tereti (?), foliis ad petiolum usque multifidis, lobis  
longissimis linearibus, nervis prominentibus striatis.

*Palmacites flabellatus Schloth.* Petref pag. 393.

In schisto calcareo bituminoso ad Haering Tirolis, ad Lausanum  
Helvetiae, ad Vinacourt prope Amiens.

#### 3. Flabellaria oxyrachis Ung.

In Mart. Gen palm. pag. 61. — Gen. et Spec. pl. foss. pag. 330.  
Massal. Conspl. Fl. tert. pag. 14.

F. foliis longe petiolatis flabellato-pinnatis, pinnis rhachidi ovato-lan-  
ceolatae - acutae semipollicari insidentibus, numerosis congestis linearibus an-  
gustis, petiolo tereti aquali.

*Palmacites oxyrachis Sternb.* Vers. II. pag. 190. tab. 42-sig. 2.

Cum priore ad Haering Tirolis, nec non ad Radobojum Croatiae

#### 4. Flabellaria verrucosa Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 61 — Gen. et spec. pl. foss. pag. 330. — Massal. Conspl. loc. cit.

F. foliis longe petiolatis flabellato - pinnatis, pinnis rhachidi semiglobosae  
brevissimae iusidentibus numerosis congestis linearibus angustis, petiolo tereti  
aequali verrucis globosis obsito.

*Palmacites verrucosus Sternb.* Vers. II. pag. 190. tab. 42 fig. 3.

Cum priore ad Haering Tirolis.

#### 5. Flabellaria (?) crassipes Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 62 — Gen. et spec. plant. foss. pag. 330 — Massal. Conspl.  
Fl. tert. pag. 14.

F. foliis petiolatis flabellato pinnatis, pinnis rhachidi semiglobosae bre-  
vissimae insidentibus numerosis confertissimis linearibus angustis integris bifi-  
disque, petiolo tereti crassissimo inaequali transversim striato.

*Palmacites? crassipes Sternb.* Vers. II. pag. 190. tab. 42. fig. 1.

Cum prioribus ad Haering Tirolis.

6. *Flabellaria Martii* Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 62. tab. geol. II. fig. 1—Gener. et Spec. pag. 330.  
Massal. Consp. loc. cit.

F. foliis petiolatis, flabellato — pinnatis, pinnis rhachidi convexae brevissimae insidentibus arcte congestis linearibus striatis semipollicaribus, petiolo gracili teretique.

Cum prioribus ad Haering Tirolis, nec non ad Sotzka Styriae inferioris.

7. *Flabellaria major* Ung.

Chl. Prot. pag. 42. tab. 14. fig. 2. — Gen. et Spec. loc. cit.—Massal. Consp. loc. cit.

F. foliis longe (?) petiolatis flabellifidis, lobis rhachidi acuminatae ampliatae tripollicari insidentibus congestis integris induplicatis incrassatis, petiolo pollice latiore.

In schisto calcareo bituminoso ad Haering Tirolis, et ad Sotzka Styriae inferioris.

8. *Flabellaria Haeringiana* Ung.

Chl. Prot. pag. 43. tab. 14 fig. 3 — Fl. von. Sotzk. pag. 27. tab. 2. fig. 10. Gen. et spec. pag. 331. Massal. Consp. loc. citat.

F. foliis longe (?) petiolatis flabellifidis, lobis rhachidi semipollicari acuminatae insidentibus linearibus congestis numerosis peltatis, petiolo tereti diametro  $\frac{3}{4}$  poll. paris.

Cum prioribus.

9. *Flabellaria maxima* Ung.

Chl. Prot. pag. 41. tab. 12. 13. fig. 1. 2.—tab. 14. fig. 1.—Gen. et spec. loc. cit.  
Massal. Consp. loc. citat.

F. foliis longe petiolatis, laciniis rhachidi cylindrico-acuminatae sexpollicari insidentibus numerosis congestis longissimis linearibus basi concretis induplicatis, nervis secundariis plurimis approximatis, petiolo compresso sesquipollicem lato bifaciali, dorso vero sulcato.

In schisto calcareo-argillaceo ad Radobojum Croatiae.

10. *Flabellaria Lamanonis* Brong.

Prodr. pag. 121 — Ung. Gen. et Spec. pag. 331. Massal. Consp. loc. cit.

F. foliis petiolatis flabellifidis, laciniis tripollicaribus rhachidi brevi convexae insidentibus basi plicatis unitisque, petiolo dodrantem pollicis lato inermi.

*Palmacites Lamanonis* Brong. Mem. du Mus. d'histoire Nat. VIII. p. 311.  
tab. 14. fig. 1.

In gypsorum schistis Aquarium Sextiarum Provinciae, nec non ad Vinacourt in viciniis monium Hannoniae (Mons) et ad Julianum (Angors).

11. *Flabellaria Parisiensis* Brong.

Mem. du Mus. d'hist. VIII. p. 312. tab. 16. fig. 1, Desc. géol. des Envir. de Paris

II. fig. I. E. Prodr. pag. 120 Sternb. Vers. I. 4. pag. 34 — Ung. Gen. et spec.  
pag. 331 — Massal. Conspl. loc. cit.

F. Foliis petiolatis flabellatis multilobis, lobis angustioribus, petiolo semipollicari.

*Palmacites parisiensis* Brong. Prod. pag. 121.

In stagnigena calce ad St. Nom. apud Versalias.

### 12. *Flabellaria Antiguensis* Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 63 tab. geolog. II. Fig. 2. 3. 4. — Gen. et Spec. pag. 331 —  
Massal. conspec. loc. cit.

F. Foliis divergentia phyllotaxeos  $\frac{5}{3}$  petiolatis, flabellato-pinnatifidis,  
lobis rhachidi productae insidentibus plicatis.

In formatione tertiaria insulae Antiquae.

### 13. *Flabellaria chamaeropifolia* Göpp.

Syst. fil. foss. — pag. 439. Uebers. der Arb. v. 1844. Nova Act. A. W. C. XIX.  
pag. 120. P. 2. tab. 52 Fig. 1—3 — Ung. Gen. et spec. pag. 332 —

F. Foliis flabelliformibus ad medium usque (?) connatis basi plicatis striatis.

In arenaceo constructionum ad Tiefenfurth Silesiae.

### 14. *Flabellaria bilinica* Ung.

Gen. et spec. Pl. fossil. pag. 332 — Massal. Conspl. pag. 14 —

F. Foliis flabellifidis, laciniis linearibus latissimis (pollicem latis) carinatis  
longitudinaliter tenuissime striatis.

In schisto margaceo ad Bilinum Bohemiae.

### 15. *Flabellaria principalis* Germ.

Petref. pag. 57. tab. 24 — Ung. Gen. et spec. pag. 332 —

F. Foliis ultrapedalibus, multi partitis, lobis lanceolatis dense et tenui-  
ter striatis aequalibus.

In arenaceo et schisto lilianthracum ad Wettinum et Werdem  
Germaniae.

### 16. *Flabellaria longirhachis* Ung.

Gen. et species plant. fossil. pag. 332 —

F. Foliis flabellifidis, laciniis rhachidi cylindricae ultra pedem longae  
tenuissime striatae insidentibus numerosis congestis linearibus (?) basi concretis  
induplicatis, nervis secundariis plurimis subcontiguis.

In formatione cretae ad Muthmannsdorf Austriae.

### 17. *Flabellaria Bolcensis* Massal.

Sopra le plant. fossil. del Vicent. pag. 47. — Conspectus florae tertiariae Orb.  
pag. 14.

F. Foliis flabellifidis profunde partitis laevibus, laciniis rhachidi com-  
pressae aequali insidentibus numerosis congestis late linearibus planis trinervi-  
bus subtilissime striatis, imo basi concretis.

In schisto calcareo-cocenico M. Bolca Italiae (Prov. Veron.) — Ex  
collectione A. D. Massalongo.

Obs. Mensuras hujusmodi speciei pro certo dare nequimus, cum exemplar nonnullis in locis deficiat, et abruptum sit; hinc latius sermonem habemus, quam simul edemus in lucem iconem ejusdem speciei.

### 18. *Flabellaria (?) cyrthorhachis* Massal.

F. foliis flabellifidis conferte granulosis, laciniis rhachidi compressae hinc gibbae insidentibus, numerosis congestis linearibus planis nervibus, basi concretis.

In schisto calcareo eocenico M. Bolca provinciae Veronensis. Ex collectione Castelliniana.

Obs. Incerti haeremus an haec species vere pertineat ad regnum vegetabile aut animale, propterea quod ejus rhachis et folia sint tota parvis verrucis perfusa, ut est cutis piscis alicujus, ipsi autem nescimus ullas palmas existere cum foliis tali modo constructis. Ceterum ejus forma magis ad plantas, quam ad animalia spectat.

## Zeugophyllites Brong.

Frondes petiolatae, pinnis oppositis oblongis vel ovalibus integrimis, nervis validis, paucis aequalibus, basi et apice confluentibus. Brong. Prodr. pag. 121. Endl. gen. plant. pag. 257. — Ung. Gen. et spec. pag. 332.

### 1. *Zeugophyllites calamoides* Brong.

Prodr. pag. 121 et 175 — Ung. Gen. et spec. pag. 332.

Terra carbonifera ad Rana-Gunje prope Rajemahl Indiae septentrionalis.

### 2. *Zeugophyllites elongatus* Mor.

M' Coy in Ann. et Mag. of. nat. hist. 1847. pag. 152. — Ung. Gen. et spec. pag. 332.

In schisto lithanthracum ad Mulumbina Nov. Hollandiae.

## Phoenicites Brong.

Frondes petiolatae pinnatae, pinnis linearibus, geminatim approximatis, nervis tenuissimis, obsoletis.

Brong. Prodr. pag. 121 — Endl. Gen. plant. pag. 257 — Ung. Gen. et spec. pag. 333

### 1. *Phoenicites spectabilis* Ung.

Chl. prot. pag. 39. tab. 11 -- Fl. Von. Sotzk. tab. 2. Fig. 9 -- Gen. et spec. pag. 339 — Massal. Consp. loc. cit.

Ph. foliis petiolatis, pectinato pinnatis, pinnis oppositis alternis linearilanceolatis basi conduplicatis, nervo medio solo conspicuo, distantia circiter pollicari dispositis patentibus rhachide cylindrica pollicem dimidium lata.

In schisto calcareo-argillaceo ad Radobojum Croatiae.

### 2. *Phoenicites salicifolius* Ung.

Gen. et spec. Plant. foss. pag. 333 — Massal. Consp. loc. cit.

Ph. foliis pinnatis, pinnis sessilibus contiguis linearilanceolatis, angustato-

acuminatis planis basi obtusis subpatentibus terminalibus confertissimis subflabellatis rhachide plano-convexa crassa.

*Cicadites salicifolius* Sternb. Vers. II. pag. 195. tab. 40. Fig. 1 —

Goepp. Ueb. d. Arb. und Veränd. v. 1844, pag. 120. —

In arenaceo formationis lignitum ad Altsattel prope Cubilum Bohemiac.

### 3. *Phoenicites angustifolius* Ung.

Gen. et spec. pl. foss. pag. 333 — Massal. Consp. loc. cit.

Ph. foliis pinnatis, pinnis sessilibus alternis distantibus patentibus angusto-linearibus elongatis utrinque obtusis longitudinaliter complicatis, rhachidi tenui angulata.

*Cicadites angustifolius* Sternb. Vers. II. pag. 195. tab. 44. Goepp. Uebers. d. Arb. und Veränd. v. 1844. pg. 120.

Cum priore.

### 4. *Phoenicites italica* Massal.

Ph. foliis pinnatis (petiolatis?), pinnis petiolatibus oppositis alternis linear-lanceolatis subtilissime striatis, inaequalibus, conduplicatis, plica valida, apicem versus latioribus, basi cuneatis, rhachide lata angulata.

In schisto calcareo-argillacco eocenico ad Chiavon Provinciae Vicentinae (Italia) — Ex collectione A. D. Massalongo.

Obs. Fragmentum, quod describimus est longitudine trium pedum, latitudine plus quam pollicum viginti, et probabiliter pars erat folii longitudine novem pedum et ultra. Differt a Phoenicite spectabili Ungeri ob rhachidem angulosam, et ob naturam formamque foliorum. Inter palmas virentes congruit cum Palma quam *Phoenix Berteri* audiunt.

### 5. *Phoenicites pumila* Brong.

Prodr. pag. 121—208 — Ung. Gen. et spec. pl. foss. pag. 333 — Massal. Consp. loc. cit.

Terra lignitum apud cartusianorum monasterium de Brive prope le Puy-en-Valay.

### 6. *Phoenicites Lorgnana* Massal.

Ph. foliis pinnatis, pinnis sessilibus integris, linear-lanceolatis planis, apice obtusis, basi vix conduplicatis, nervibus insimis oppositis, superioribus alternis, distantia semipollicari dispositis, rhachide tenui subtetragona.

In schisto margaceo eocenico Agri Vicentini (Chiavon). Ex collectione Massalongiana.

Obs. Dici perfecte nequit longitudo hujus folii, eo quod abruptum fuerit prope basim et apicem; attamen videtur, haud majorem fuisse quam 18-aut-20 pollicum circiter, quando latitudo ejus sive longitudo pinnarum, non ex-

cedit 6-vel-8 pollices. Ejusdem pinnae sunt omnino planae, excipe quod ad basim leviter conduplicatae conspiciuntur; caeterum sessiles sunt et uniformes per totam earam longitudinem: sunt attenuatae, ad basim et ad apicem obtusa, insimae oppositae, superiores alternae. Rhachis tenuis est leviterque sub-tetragona, et latitudine duarum vel trium circiter linearum: propterea differt haec species a cunctis *Phoenicitibus* hactenus cognitis.

Dicatur Celeb. Equiti Lorgna, Academiae Agronomicae Veronensis institutori.

### 7. *Phoenicites Fracastoriana* Massal.

*Ph.* foliis petiolatis, pectinato-pinnatis, pinnis petiolulato-cuneatis, oppositis? . . . alternisve? . . . linearis-lanceolatis conduplicatis plerunque usque ad basim divisis, distantia vix semmipollucari dispositis, nervis obsoletis, rachide plana crassiuscula ad basim dilatata (6—8 lin.).

Cum priore. Ex collectione Massalongiana.

Obs. Mensurae hujus folii fere sunt pares speciei praecedentis a qua differt propter rhachidem crassiores, planam, et ad basim valde amplam (6—8 lin.) Praeterea differt propter pinnarum formam, quae non solum breviter sunt petiolatae et cuneatae, sed etiam conduplicatae, quaeque in medio dividuntur per totam longitudinem, ita ut pectinato-pinnatae evadant. Haud certo affirmari potest, utrum pinnae fuerint oppositae, aut alternae, eo quod exemplar ex parte abruptum fuerit. Dicatur haec species Hieronymo Fracastorio Veronensi, de omnigena doctrina optime merito.

## Palaeospathe Ung.

in Mart. Gen. Pal. pag. 65 — Gen. et spec. pag. 65 —

Organæ foliacæ simplicia, non petiolata, diversiformia, spathis planarum haud absimilia.

### 1. *Palaeospathe Sternbergii* Ung.

Gen. et spec. Plan. foss. pag. 334 —

P. spatha simplici clavata, apice bifida, coriacea laevi, longitudinaliter striata, decem pollices longa.

*Spatha Flabellariae borassifoliae* Sternb. Vers. I. 3. pag. 34. tab. 41 —

In schisto lithanthracum ad Swina Bohemiae.

### 2. *Palaeospathe aroidea* Ung.

Gen. et spec. plant. foss. pag. 334 —

P. spatha ovato-lanceolata, marginibus convolutis, coriacea, longitudinaliter striata, tres pollices longa.

*Aroides crassispatha* Kutorga Beit. pag. 24 — tab. 6. fig. 4.

In arenaceo lithanthracum montium Uralensium Rossiae.

## Palmacites Brong.

Prodr. pag. 120. Endl. Gen. plant. pag. 257 — Ung. gen. et spec. pag. 334 —

*Trunci cylindrici, simplices, petiolorum semiamplexicaulium basibus obtecti.*

**1. *Palmacites echinatus* Brong.**

Mem. du Mag. d' hist. nat. VIII. pag. 301. tab. 16. fig. 2 — Ung. loc. citat. Massal. conspec. Fl. tert. pag. 14.

P. trunko cylindrico, rudimentis v. basibus petiolorum spiraliter dispositis creberrimis contiguis (circiter 3 pollices longis, 15—36 lineas in majori diametro, 9—15 lineas in minori diametro crassis) transversim acuminate ellipticis, supra planiusculis, subtus convexis basim versus crassescientibus et latescientibus.

*Endogenites echinatus* Brong. Prod. pag. 126 —

*Zamites Brongniarii* Sternb. Ver. II. pag. 196.

In inferioribus calcis stagnigenae stratis in vicinis Vailly apud Augustam Suessionum.

**2. *Palmacites crassipes* Ung.**

In Mart. Gen. Palm. pag. 60 — Gen. et Sp. pag. 334. — Massal Conspl. loc. cit.

P. trunko clavato tenuibus radicularum exordiis obtecto, 10 pollices lato, fasciculis vasorum ovalibus in parenchymate molli sparsis, peripheriam versus angustioribus, sub contiguis, fasciculis fibrosis substantiae corticalis horizontalibus.

Forinatio tertaria insulae Antiquae.

### Species dubiae.

***Palmacites Schloth.***

**3. *Palmacites zeaformis* Schloth.**

Petref. pag. 416 — num. 1. tab. 26. Fig. 12 — Sternb. Vers. I. 2. pag. 32 — Ung. gen. et spec. pag. 340.

**4. *Palmacites caryotidis* Sternb.**

Vers. I. 4. pag. 35 — Ung. Gen. et spec. pag. 340

**5. *Palmacites coccoiformis* Brong.**

Manus. Pomel. Note. pag. 324. — Ung. Gen. et s. pag. 340.

Calx grossa ad Meudon Galliae.

**6. *Palmacites?* . . . Murch.**

Geol. pag. 2. tab. D. fig. 2 — Ung. loc. cit.

### Fasciculites Cotta.

*Trunci arborei e fasciculis vasorum aequabililiter distributis, nec strata lignea, nec plexus articulorum formantibus, compositi. Vasorum fasciculi e corpore lignoso, libro nec non fasciculo vasorum propriorum conflati.* —

Cotta Dendrol. pag. 48. Ung. Gen. et spec. pag. 334—335.

## A. *Fasciculis fibrosis inter fasciculos vasorum sparsis.*

### 1. *Fasciculites didymoselen Cotta.*

Dend. pag. 48 — tab. 9. fig. 3. 4. — Ung. Gen. et spec. pag. 335 — Massal. Consp. loc. cit.

F. fasciculis vasorum sectione horizontali didymis cum fasciculis fibrosis per caudicem 2—3 pollicarem aequabiliter dispersis, illis corpore lignoso 3—14 vasis et libro multo majore partimque discreto provisis, his cellulis prosenchymatosis conflatis telam cellulosa ut plurimum radiatam percurrentibus.

*Endogenites Didymoselen* A. Spreng. Comm. de Psoral. pag. 40. Fig. 6.  
b. — Ung. in Mart. Gen. Palm. p. 57 tab. geol. III. Fig. 3.

In formatione Galliae nec non ad Litmitz Bohemiae.

### 2. *Fasciculites Cottae Ung.*

In Mart. Gen. Palm. pag. 57 — tab. geol. III. fig. 5 — Gen. et spec. pag. 335. —

F. fasciculis vasorum didymis cum fasciculis fibrosis majoribus et minoribus per caudicem dispersis. — Liber fasciculorum cellulis prosenchymatosis amplioribus constans a corpore lignoso vasis 3—14 proviso separatus fasciculo vasorum proprium. Parenchyma laxum vix radiatum.

*Palmacites microxylon* Corda Beit. pag. 42. tab. 21.

Locus natalis ignotus.

### 3. *Fasciculites anomalus* Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 57. tab. geolog. II. fig. 9. et tab. III fig. 2. — Gen. et spec. pag. 335.

F. fasciculis vasorum ovato-didymis cum fasciculis fibrosis minimis per caudicem aequabiliter dispersis. Corpus lignosum exiguum absque vasorum rudimentis, cellulae prosenchymatosae libri pachytichae. Parenchyma lacunosum.

Locus natalis ignotus.

### 4. *Fasciculites lacunosus* Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 58 — tab. geol. I. fig. 1, tab. 2 fig. 8 — tab. III. fig. 1 — Gen. et spec. loc. cit.

F. caudice 6—7 pollicari, fasciculis vasorum ovato-didymis cum fasciculis fibrosis aequabiliter dispersis. Illi corpore liguoso tereti et libro semilunari (in canalem ejusdem formae mutato), hi cellulis prosenchymatosis conflati, tellam cellelosam percurrent.

Locus natalis ignotus.

### 5. *Fasciculites Antiguensis* Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 58. tab. Geol. II. fig. 5. 6. 7. — Gen. et. spec. pag. 336. — Massal. Consp. loc. cit.

F. fasciculis vasorum ovalibus numerosissimis minimis, interjectis fasciculis fibrosis. Parenchyma molle interstitiis inter cellulas conspicuis.

In formatione tertaria insulae Antiguae.

### 6. *Fasciculites Withami* Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 58 — Gen. et spec. loco citat. — Witham Int. struct. tab. 16. f. 15. 16. — Massal. Conspl. loco citato.

F. fasciculis vasorum minimis ovato-didymis eorumque corpore lignoso duobus v. pluribus vasis proviso, fasciculis fibrosis paucioribus in parenchymate laxo molli.

Cum priore.

### 7. *Fasciculites stellatus* Ung.

Gen. et spec. plant. foss. pag. 336.

F. fasciculis vasorum ovato-reniformibus v. ovato didymis cum fasciculis fibrosis sat copiosis aequabiliter distributis. Illi corpore lignoso tereti et libro semilunari parum discreto, hi merris cellulis prosenchymatosis formati. Vasa fasciculi 2—18 contingua, cellulae libri ut plurimum leptotichae. Parenchyma molle radiato stellatum. —

In formatione tertiaria(?) Indiae orientalis.

### 8. *Fasciculites Astrocaroides* Ung.

Gen. et spec. pag. 336. —

F. fasciculis vasorum minimis confertis ovatis s. ovato-oblongis cum fasciculis fibrosis copioissimis aequabiliter distributis. Corpus lignosum conspicuum e vasis 3—15 parvis et cellulis lignosis leptotichis, liber e cellulis proseuchymatosis pachytichis conflati. Cellulae parenchymatosae inter fasciculos parvae rotundatae.

In formatione tertiaria(?) Indiae orientalis.

### 9. *Fasciculites ceylonicus* Ung.

Gener. et spec. plant. fossil. pag. 337.

F. fasciculis vasorum exiguis ovatis v. rotundis, rarius subdidymis cum fasciculis fibrosis inaequabiliter distributis. Corpus lignosum amplum vasis pluribus munitum, liber inconspicuus. Parenchyma e cellulis minimis rotundatis formatum.

Formatio ignota insulae Ceylon.

### 10. *Fasciculites densus* Ung.

Gen. et spec. plant. fossil. pag. 333.

F. fasciculis vasorum sectione horizontali ovato-oblongis reniformibus, rarius didymis cum fasciculis fibrosis multo rarioribus dense congestis. Corpus lignosum e vasis 1—16 majoribus minoribusque, liber e cellulis prosenchymatosis pachytichis formatus. Parenchyma inter vasorum fasciculos rarum radiatum.

Formatio tertaria Indiae occidentalis.

### 11. F. *Fasciculites carbonigenus*. Ung.

Gen. et spec. pag. 337. —

F. fasciculis vasorum miutis vix conspicuis rotundatis cum fasciculis

fibrosis aequabiliter distributis. Corpus lignosum e vasis crebris aggregatis, extremis scalariformibus formatum. Parenchyma largum medullosum hinc inde lacunosum, lacunis minutissimis.

*Palmacites carbonigenus* Corda Beit. pag. 40 t. 19. fig. 1 a. 2. tab. 20. fig. 1—8. —

In sphaerosiderile formationis lithanthracum ad Radnitz Bohemiae.

#### 12. *Fasciculites leptoxylon* Ung.

Gen. et sp. pl. folg. pag 337.

F. fasciculis vasorum ovatis v. rotundatis minutissimis oculo nudo inconspicuis cum fasciculis fibrosis aequabiliter distributis. Corpus lignosum e vasis crebris amplis aggregatis scalariformibus constans. Parenchyma medulosum exterius farctum, interius lacunosum.

*Palmacites leptoxylon* Cord. Beit. p. 41. tab. 20. fig. 9—17. —

Cum priore.

### B. *Fasciculis vasorum absque fasciculis fibrosis.*

#### 13. *Fasciculites palmacites* Cotta.

Dendr. tab. 9 fig. 1. 2. — Ung. Gen. et sp. pl. foss. pag. 337 — Massal. Conspl. fl. ter. pag. 14. —

F. fasciculis vasorum parvis ovatis subcontiguis, corpore lignoso licet exigue tamen pluribus vasis majoribus proviso. Cellulae libri leptotichae. Parenchyma strictum radiatum.

*Endogenites palmacites* A. Spreng. Com. de Psoral. sig. 6. — Ung. in Mart. Gen. Pal. pag. 59 — tab. geol. III fig. 6.

*Palmacites dubius* Corda Beit. pag. 42 — tab. 22. —

In formatione tertiaria. Insulae Antiguae.

#### 14. *Fasciculites perfossus* Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 59 — Gen. et spec. pag. 338 — Massal. Conspl. loc. cit. —

F. Caudice triplicari paululum compresso, fasciculis vasorum centrum et peripheriam versus gracilioribus, libro fasciculorum destructo, caule exinde canalibus longitudinalibus versus peripheriam in angulum concurrentibus persosso.

*Perfossus angularis* Cotta Dendr. pag. 51—54 — tab. 10 fig. 1. 2. 3.

In formatione geanthracis ad Altstattel Bohemiae.

#### 15. *Fasciculites Partschii* Ung.

In Mart. Gen. Palm. pag. 59 — tab. geol. II. fig. 4. — Gen. et spec. pag. 338. —

F. fasciculis vasorum ovato-didymis per caudicem aequabiliter dispersis. Liber fasciculorum semilunaris, corpore lignoso multoties major. Parenchyma regulare largum.

Locus natalis ignotus.

### 16. *Fasciculites Fladungi* Ung.

Gen. et Spec. plant. pag. 338. —

F. fasciculis vasorum ovato-didynis, majoribus minoribusque intermixtis. Liber corpore lignoso multoties major, illius cellulac prosenchymatosae pachytichae cum ductibus pororum in forman telaę arachnoideae undique extensis. Vasa solitaria v. gregaria scalariformia. Parenchyma lacunosum, radiato stellatum.

*Palmacites Partschii* Corda Beit. pag. 39. tab. 18. —

Locus natalis ignotus.

### 17. *Fasciculites Sardus* Ung.

Gen. et spec. pl. foss. pag. 338. —

F. fasciculis vasorum sectione horizontali subovalibus numerosissimis minimis subcontiguis. Liber semilunaris corpus lignosum vasis 3—8 majoribus vacuis v. fæctis conformatum includens. Parenchyma molle e cellulis parvis merenchymatosis compositum.

In insula Sardinia apud Bonarvo. Formatio ignota.

### 18. *Fasciculites intricatus* Ung.

Gen. et spec. pl. foss. pag. 339. —

F. fasciculis vasorum intricatis vagina propria parenchymatosa cinctis, vasis magnitudine diversis scalariformibus septa transversa cribrosa ferentibus cellulis vaginae vasorum minutis elongatis circumdatis.

*Palmacites intricatus* Cord. Beit. Pag. 43. tab. 23. —

Locus natalis ignotus.

### 19. *Fasciculites varians* Ung.

Gen. et spec. pl. foss. pag. 339. —

F. fasciculis vasorum tenuibus subdistantibus, sectione horizontali ovoides v. rotundatis, vasis excentricis binis vel gregariis rotundis v. angulatis rarius minoribus mixtis v. circundatis, cellulæ libri coloratis, parenchymate spurio, cellulæ oblongis minutis tenuibus.

*Palmacites varians* Corda in Reus. Verst. p. 87 — tab. 47 — fig. 7—9. —

In calcareo Plaener dicto ad Kutzschlin prope Bilin Bohemiac.

## Burtinia Endl.

Fructus ovoides, obsolete trigoni, basi triporosi.

Endl. Gen. pl. pag. 257. —

*Coccus Brong.* Prodr. pag. 121.

Ung. Gen. et spec. pl. foss. pag. 339.

Massal. Pracl. Fl. prim. Bol. pag. 58.

### 1. *Burtinia Faujassi* Endl. loc. cit.

Ung. — Gen. et spec. plant. fossil. pag. 339. — Massal. Consp. pag. 14. —

B. fructibus 1—2 pollices longis et pollicem latis intus solidis, venis durioribus percursis, poris baseos contiguis. —

*Coccus Faujass.* Brong. Prod. pag. 121 — Ann. d. Mus. I. pag. 445 — tab. 29.

(?) *Burtin* Bryctog. de Bruxel. tab. 30 fig. B. C. D.

*Carpolites arecaeformis* Schloth. Petref. pag. 420.

Terra lignitum ad Liblar prope Coloniam Agrippinam.

## 2. *Burtinia Cocoides* Endl. loc. cit.

Ung. Gen. et spec. loc. cit. Massal. Consp. pag. 15.

B. fructibus quinque pollices longis et latis subrotundis obsolete trigonis solidis, cortice crassa striata. —

*Coccus Burtini* Brong. Prodr. pag. 121 — Burtin loc. cit. fig. A.

Terra lignitum ad Wolouuse prope Bruxellam.

## Castellinia nov. gen.

Fructus ovati compressi irregulariter sulcati, imperforati monospermi uniloculares solidi, pericarpo crasso lapideo, nucleo homogeneo loculum omnino impletum.

### Observatio.

Genus affine *Nipaditubus* Bowerbankii, sed tamcn dissimile quum earum fructus nec fibrosi nec tetra-hexagoni sint, nec habeant apicem acutum ac mammillarem, et insuper propter lapideam naturam ejus pericarpii: item affine *Burtiniis* Endlicherii, sed ab ipsis diversum, eoque ejus fructus careant tribus poris ad basim, et sint forma ovato-compressa, non autem trigona.

Hinc videtur (quoad externi characteres judicare sinunt) *Castellinia* esse affines tribus *Palmarum Coccoinearum* Martii, quamvis nullam rationem habeant aequam ac praecisam cum nullo genere in ipsa comprehenso.

Hujusmodi genus dicatur Cl. *Castellinio* cuius investigationibus debetur detectio horum fructuum, qui nunc temporis in horto Botanico Patavino servantur.

### 1. *Castellinia macrocarpa* Massal.

C. fructibus cordato-ovatis hinc gibbis, basi late truncato-emarginatis 6—8 pollicaribus, latitudine sexpollicaribus, intus striatis.

*Burtinia* spec. Ind. Massal. Prael. Fl. Bolc. pag. 59 —

*Catullo* Zool. Fossil. pag. 336 —

In calcareo-eocenico M. *Bubulcae* (vulgo Bolca) Prov. Veron.

*Obs.* Hujus speciei vidimus duo exemplaria longitudinis 8, latitudinis 6, altitudine vero durum pollicum circiter cum dimidio — Basis cum praeseferat

cavitatem amplitudine duorum circiter pollicum cum dimidio, absque ullo vestigio pedunculi, argumento est hunc fructum aliis pluribus conjunctum vixisse. Alias majorem praebebimus illustrationem.

### 2. *Castellinia subrotunda* Massal.

C. fructibus ovato-subrotundis aequalibus, basi rotundatis, longitudine quadripollicaribus, latitudine tripollicaribus nucleo obsolete striato. —

Cum priore. Ex collectione Gazolana.

*Obs.* Fructus longitudine quatuor et latitudine trium pollicum, forma pene rotundata uniformi parumque intumescens. Pars interior fructus tota crystallisationibus scatet.

### 3. *Castellinia Zignoana* Massal.

C. fructibus ovato-conicis hinc gibbis basi breviter abrupteque angustatis, apice barbatis longitudine tripollicaribus latitudine bipollicaribus, intus obsolete striatis.

Cum prioribus. Ex collectione Cl. Equit. A. De Zigno. —

*Obs.* Fructus longitudine trium pollicum et amplius, latitudine duorum, forma ovato-conica ex parte gibbosa, et ad basim breviter pedunculatus: externe oculis objicit quosdam parumque profundos sulcos et apicem tribus vel quatuor lobis pilosiusculis fere partitum.

### 4. *Castellinia incurva* Massal.

C. fructibus semiovatis incurvis, hinc gibbis, basi rotundatis, longitudine quadripollicaribus, latitudine bipollicaribus, intus striatis.

Cum prioribus. — Ex collectione Hor. Botanici Palavini.

*Obs.* Fructus longitudine quatuor, latitudine duorum circiter pollicum, forma semiovata-incurva, partim gibbosa. Differt a *Castellinia Zignoana*, propter formam et propter naturam gibbarum.

## Baccites Zenk.

Fructus ovoidei. Pericarpium parenchymatosum in valvulas haud dehiscens. Nucleus durus.

Zenk. *Beit.* pag. 9. *Ung. Gen.* et *spec.* pag. 339. — Massal. *Supra le plant. foss.* del Vicent. pag. 98. —

### 1. *Baccites cacaooides* Zenk.

*Beit.* pag. 10 tab. 1, fig. E. 4—8 et 11—16 — *Ung. Gen.* et *sp.* pag. 340. —

B. pericarpio elliptico compresso obtuso utrinque acuminato sublaevi multo cylindrico subcompresso obtuso undique longitudinaliter sulcato.

In formatione geanthracis ad Altemburgum Saxoniae.

### 2. *Baccites rugosus* Zenk.

*Loc. cit. fig. E* — 9—10 — *Ung. Gen.* et *spec. pl. foss.* loc. cit.

B. pericarpio subrotundo compresso rugoso vix apiculato.  
In formatione geanthracis. Cum priore.

3. *Baccites costatus* Massal.

Sopra le Piant. foss. del. Vicent. pag. 98. —

B. pericarpio elliptico rugoso compresso, utrinque obtuso, costa saliente circumcincto.

In calcareo-margaceo prope Bassanum, in loco dicto Valle Rovina (S. Michele) Prov. Vicentinae.

*Ex collectione Cl. Al. Wob. Parolini Bassanensis.* — .

**Palmae fossiles dubiae affinitatis.**

**Endogenites Brong.**

*Trunci structura Palmarum.* Brong. Prod. pag. 208. — Ung. Gen. et spec. pag. 340.

1. *Endogenites helvetica* Ung.

Gcn. et spec. Pl. foss. pag. 340.

E. trunco ..... fibris longitudinalibus simplicibus durusculis et parenchimato molli conflato.

*Endogenites* ..... Brong. Prodr. pag. 208 — Bronn Letha geog. tab. 35 — fig. 3.

Terra lignitum ad Horgen prope Tigurum.

2. *Endogenites striata* Lindl. et Hutt.

Fossil. Flor. III. tab. 227. A. — Ung. Gen. et sp. pag. 340.

E. trunco gracili continuo laeviter flexuoso corticato, intus fibris longitudinalibus striato.

In schisto lithanthracum Angliae.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Lotos - Zeitschrift fuer Naturwissenschaften](#)

Jahr/Year: 1852

Band/Volume: [2](#)

Autor(en)/Author(s): Massalongo Abraham Bartholomäus

Artikel/Article: [Synopsis - Palmarum fossilium 193-208](#)